

2. Cor. V, 21. Ephes. II, 13. 16.
Hebr. IX, 15. 1. Joh. I, 7. Apocal.
I, 5. &c.

§. 5. Eo ipso autem, quô fides hîc omnia excludit opera, seipsam quoque removet, quatenus fiducia in ea rationem operis habet. Justificat nimirum non vi actus sed objecti sui. Hinc Ecclesia, *Es. XLV, 24. In Domino mihi justitiæ. Ut inveniar nimirum, Philipp. III, 9. habens, quæ per fidem est, Christi justitiam, quæ ex Deo est per fidem.* Ex hac causa sive firma sit, sive infirma, justificare valet.

§. 6. Tametsi verò hunc in modum sola fides justificat, falsum tamen est, quòd fides, quæ justificat, sit sola. Prior Propositio est exclusiva subjecti; removens à fide bona opera, ratione efficaciam, quatenus